

Johann Bacmeister

Rector Academiae Rostochiensis, Joannes Bacmeisterus, Phil. & Med. Doct. ac Professor. Ad Lugubre exequiarum officium Quas ... vir Academiae nostrae per multos annos minister ... & notarius ... Casparus Voigt/ Coniugi suae ... Elisabethae Hartwigs/ Hodie hora prima in templo Jacobaeo paratas cupit, praestandum Omnes omnium ordinum cives Academicos ... invitat

Rostochi[i]: Pedanus, 1629


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777516950>


Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.,
in **E. Hartwig**,
uxor. C. Voigt.

Rostock, 1629.





RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOANNES BACMEISTERUS,
Phil. & Med. Doct. ac Professor.

Ad
Lugubre exequiarum officium.

Quas

*Ornatissimus vir Academiae nostrae per multos annos mi-
nister fidelissimus & notarius solertissimus*

CASPARUS Voigt / Conjugi suæ
dilectissimæ foeminæ honestissimæ

ELISABETHA
HARTWIG

*Hodiè hora prima in templo Jacobæ paratas
cupit præstandum*

Omnes omnium ordinum cives Aca-
demicos officiosè & amanter invitamus



ROSTOCHI
Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog.

ANNO cl^o l^o CXXIX.



RECTOR
ACADEMIE ROSTOCHIENSIS

JOANNES
BACMEISTERUS,

Philosoph. & Medic. Doct. ac
Professor.



Perabam me jam pro-
pmodum liberatum
iri à molestijs conscri-
bendi programmata
funebria; sed spe mea,
uti indies experior, ex-
cidi, cum invida mors nulli parcat æta-
ti, nulli sexui, nullis divitijs, nulli po-
tentia, nullis etiam quamvis armatis
mili-

militibus; sed indifferenter omnes jugulet, & æquo pede pulset pauperum tabernas, regumque tures. Hac nimirum est vitæ nostræ conditio, ut in lacrymis, calamitatibus labore & molestia eam transigamus, & tandem morti jugulum præbeamus. Miseram hanc vitæ nostræ conditionem, graphicè describit, Magnus noster Hippocrates in epistola ad Damogetum ubi sic scribit:

ἐλθὼ ἀνθρώπων ἐκ γενεσῆς νόστος ἔστιν. Τρεφόμενοι ἀχρηστῶς ἰκίεας βοκλείης. ἀνξάνου ἀπίσταλῶς, ἄφρονι, ἐνδεῆ παιδαγωγίης. θεοῦ ἀκμάτων. Παρρημάζων, οὐκ ἔχοντες ἰσίδις, πάντες ἀλογιστὴ γεωργίους. οὐκ ἔχοντες ἰσίδις, ἐξ ἰσίδις τρισίς.

h.e. Totus homo ex nativitate morbus est. Dum educatur inutilis est, & alienum auxilium implorat: Dum crescit protervus, inficiens, pœdagogo opus habet. Dum in vigore est, audax est. Dum decrescit miserabilis, ubi labores suos imprudenter recolit ac jactat. Ex maternis enim uteri inquinamentis

A 2

talis

talis prodijt. Ita sapientissimus ille vir
homo gentilis, miseriam humanæ vi-
tæ, ex naturalibus causis, nec inconcin-
nè, deducere voluit, ignarus illius quod
nos docent sacræ litteræ, per unius ho-
minis peccatum mortem intrasse in
mundum, cuius violentiam evitare non
possumus. Hòc peccati à protoplastis
nostris commissi etiam præmium tulit,
& viam omnis carnis ingressa est hone-
stissima fæmina **ELISABETHA Hart-**
wigs viri ornatissimi **CASPARI Bogdes**
ministri Academix nostræ per inte-
gros 33. annos, & nunc etiam per an-
nos aliquot Consistorij & Collegij
ducalis protonotarij & quæstoris fide-
lissimi, conjunx dilectissima, qua cum
anno 1595. decimo quarto à festo Mi-
chaelis die, qui tum incidit in diem Lu-
næ, quo nunc piè defuncta ad dormi-
toriũ suum efferetur, nuptias celebra-
vit,

vixit, atque per integros 34. annos in
tranquillo & concordi vixit conjugio,
ex eaque 6. suscepit libros, duos nem-
pè filios CASPARUM, Illustissimi ac Cel-
sissimi principis ac Dn. Dn. FRIDERICI
hæredis Norwegiæ, ducis Slesvici Hol-
satiæ &c. lineæ Sunderburgensis, Nor-
burgi residentis, Secretarium; & HER-
MANNUM, Pastorem Luboviensem in
vicinia Wismaria; ac quatuor filias
DOROTHEAM, ANGELAM antè bime-
stre piè demortuam, ELISABELHAM &
BARBARAM, quæ anno 621. in vivis
esse desijt, duabus sororibus adhuc su-
perstitibus, quas Deus opt. max. in so-
latium moestissimi parentis & vidui
adhuc diu sospitet & incolumes con-
servet. Nata est autem hæc piè defun-
cta nostra, Anno 1577 die Gregorij,
honestis parentibus patre HERNANNO
HARTWIGIO, qui ultra 50. annos Aca-
demia;

A 3

demia;

demia, Consistorio, Collegio ducali &
Facultati Juridica, utilem operam præ-
stitit; & 86. ætatis annum vivendo atti-
git, matre DOROTHEA *Fersens* / à qui-
bus in vera pietate modestia & ad
omnes virtutes Oeconomicas in ju-
ventute diligenter fuit educata; quo-
ad nubilis facta prædicto marito suo, ex
singulari Dei providentia, matrimo-
nio jungeretur. Nullum igitur dubium
quin ex carissimæ conjugis, cui per tot
annos cohabitavit, obitu insperato CA-
SPARUS noster in ingenti nunc luctu
& mœrore versetur, cum portio quæ-
dam de corde ipsius quasi avulsa &
præcisa sit; siquidem affectus conju-
gum inter se omnium sint tenerrimi &
ardentissimi, qui si contrario malo læ-
dantur, nihil sensu doloris animos ipso-
rum acrius pungit, mordetque. Sed
tamen, qua ille præditus est pietate &
animi


animi moderatione' procul dubio se
ipsum recolliget ac consolationibus,
ex sacrae scripturae fontibus petitis mor-
ti opponendis, moestum cor, lugubri
hoc casu quasi prostratum & exanima-
tum, vicissim eriget ac confirmabit,
cogitans se conjugem dilectissimam
non amisisse sed praemisisse, eamque
beatam in caelo consuetudinem agere
cum Deo, ac omnibus sanctis Angelis
& electis Dei, in perfecta sanctitate, ju-
stitia, pace, latitia ac immortalitate ae-
terna. Quae ergo, ut Cyprianus loqui-
tur, Caecitas animi quaeve dementia est
amare pressuras, poenas & lachrymas
mundi, & non festinare potius ad gau-
dium, quod nunquam possit auferri.
Idem est quod D. PAULUS dicit; Mihi
vivere Christus est & mori lucrum: lu-
crum maximè computans jam seculi
hujus laqueis amplius non teneri, jam
nul-

nullis peccatis & vitiis carnis obnoxium
fieri, exemptum pressuris, angoribus, &
à venenatis Diaboli faucibus libera-
tum, ad lætitiã salutis æternæ, Christo
vocante proficisci. Vivit igitur piè de-
morta cum Deo immortalis ac beata
in Cœlo, & vivos gurgites sapientiæ de
Deo & servatore nostro Iesu Christo,
cujus initia & latices in hac vita degu-
stavit, ex Deo ipso fonte sapientiæ & fi-
lio ipsius Domino nostro Iesu Christo
lætã haurit. Ejus exuvias hodiè hora i.
in templo Jacobæo terræ mādabit ma-
ritus & viduus mœstissimus, ad quod
cohonestandum hora & loco consti-
tuto Academiæ nostræ cives, Dn. Pro-
fessores, Doctores, Ecclesiæ ministri,
Magistri & Studiosi adolescentes, ut frequentes
convenire, & postremo hoc ac lugubri officio,
studium & voluntatem erga Academiæ nostræ
ministerium benè meritum declarare ne gra-
ventur, officiosè eos & amanter invitamus &
hortamur. P. P. 12. Octob, An. 1629.

GK



animi moderatione' p
ipsum recolliget ac e
ex sacrae scripturae font
ti opponendis, moestu
hoc casu quasi prostrat
tum, vicissim eriget a
cogitans se conjugem
non amisisse sed pram
beatam in caelo consue
cum Deo, ac omnibus
& electis Dei, in perfec
stitia, pace, latitia ac in
terna. Quae ergo, ut C
tur, Caecitas animi quae
amare pressuras, poena
mundi, & non festinare
dium, quod nunquam
Idem est quod D. PAU
vivere Christus est & n
crum maximè compu
hujus laqueis amplius



abio se
onibus,
tis mor-
lugubri
anima-
rmabit,
ssimam
umque
n agere
Angelis
tate, ju-
itate æ-
s loqui-
ntia est
nrymas
ad gau-
auferr.
t; Mihi
um: lu-
i seculi
ri, jam
nul-